UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De laude scripto[rum] pulcherrimus tractatus d[omi]ni Joha[n]nis tritemij abbatis Spanhemensis ordinis sancti benedicti de obserua[n]tia burßfelden[sis] ...

Trithemius, Johannes

Maguntinu[m], 1494

De veteru[m] diligentia et amore ad libros iii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31333

Visual Library

uerem contemnas exiguū. Docebit em̄ te aduerſa mūdi
cūcta vincere: oblectamenta voluptatū ſpernere: pulchra
huius vite ut feda eſtimare. Si hanc ſponſam dilectam
habueris. nunquā pernicioſe triſtis eris: ſed ſemꝑ iocun-
dus. ſemꝑ hilaris. ſemꝑ in amore dei ꝓficiens. Inſuper
exaltabit te coram deo ⁊ hominibus: eriſq; in ore omniū
admirabilis: et maiores tui venerabūtur te. Non erit qui
contradicat ſermonibus tuis: habebis amicos reges et
principes: et de remotis terre mittent eulogia tibi. Eris
ſine ambituglorioſus: et ſine timore reuerendus. Ineffa
bile donū cōſequeris ab ea. et venerabilis eris corā om̄i-
bus hominibus. Liberabit te a vinculo carnis hu9 cor
rupte: et ducet ante thronum altiſſimi regis: vbi ſto-
la iocunde immortalitatis veſtieris. Fortis eſt mater hec
et valde honorifica: qua precedente caſtra inimicoꝝ trāſi
bis ſecurus. Habet em̄ dei cognitionē amicā. Quiſquis
igitur es ꝗ anime tue ſalutē diligis: ab hac magiſtra nō
diſcedas: eius p̄cepta noli negligerē. ut ad amorem dei
valeas ꝑuenire. Ad cuius cōtinuandam amiciciā: copia
ſanctorū voluminū tibi neceſſaria eſt. Sine libris enim
ad eius familiaritatē non venies.

De veterū diligentia et amore ad libros.

¶ Cap̄. iij.

IAm nūc igitur exemplo veterū etiā gentiliū.
ad amorē librorū te quantū licet excitare co-
nabor. Plus em̄ aliquādo exempla proficiūt
ꝙ̄ verba: quia dū et alios qđ iubemur prius
feciſſe conſpicimus: minus de laboris duricia formida-
mus. Quod autē ſingulare ꝓponitur: a ſuſcipiente gra-
uius iudicatur. Gaudet infirmitas humana. cōſortio plu
rimoꝝ: et minus terret a multis crebrius viſitatum. Si
ergo ꝑpendimus quantam veteres in colligendis libris
habuerint diligentiā: ſtudia noſtra velut puerorū ludus
nichil a ꝯparebūt. Nullis illi pepercerūt expenſis: nullos
formidarūt labores: quibꝫ libroꝝ multitudinē potuiſſent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

acquirere. Unde non ſolũ ſuarũ gentiũ volumina coeme
bant: ſed et quarũcunqꝫ nationum exterarum dicta uel
facta in ſuã linguam trãſferentes: ad bibliothecas publi
cas condere ſatagebant. E quibus apud grecos biblio=
thecam Phiſiſtratus primus inſtituit: quã ab athenien
ſibus auctã xerſes incenſis athenis euexit in perſas: lon
goqꝫ poſt tempore Seleucus nichanor denuo retulit in
greciam. Hinc ſtudiũ regibus vrbibuſqꝫ ceteris natũ eſt
comparandi libros diuerſarũ gentiũ: et ꝑ interpretes in
aliam linguã vertendi. Poſtea rex Alexander cognomen
to magnus quãuis bellicis cõtinue ageretur incurſibus.
mirũ in modũ cõſtituendis omniũ librorũ bibliothecis
animũ dedit. Quid dicam de Ptolomeo philadelpho
omnis litterature ſagaciſſimo viro. qui cũ ſtudio biblio=
thece Phiſiſtratũ emularetur. non gentiũ tantũ ſcriptu=
ras. ſed etiã diuinas lr̃as maximis expenſis interpreta=
tas. in bibliothecam ſuã incredibili feruore intulit. Nam
ſeptuaginta milia librorꝫ eius tempore alexandrie inuen
ta ſunt. Plato princeps philoſophorꝫ tantum fertur ha
buiſſe amorẽ ad libros. ut Philolai pythagorici tres li=
bros decem milibus denarijs mercatus ſit. Ariſtoteles
etiã non minoris glorie apud philoſophos. paucos li=
bros Speuſippi philoſophi poſt eius mortem. talentis
acticis tribus comparauit: que faciũt nummos ſeptua=
ginta duo milia. Sed omiſſis gentilibus amatoribus li
brorꝫ quorꝫ ingens eſt numerus: ad noſtros trãſeamus.
Ambroſius diſcipulus et amicus magni Origenis. in=
credibili ſtudio feruens ad libros. origenem quotidie ad
ſcribendũ hortabatur. immo impellebat: ita ut eum com
pulſorem operis in quadam epiſtola amice appellaret.
Beatus martyr Pamphilus euſebij ceſarienſ preſbiter
tanto libros amabat deſiderio: ut maiorẽ partem libro
rum Origenis ſua manu deſcribens. maximã multitudi
nem librorꝫ apud ceſaream cooperante euſebio congre=
gauerit. Sanctus etiã preſbiter Hieronymus ab vrbe
ſecedens. cum omnia mũdana cõtemneret. ſolam biblio

thecam quã ſibi condiderat. ſe fatetur non potuiſſe deſe=
rere. Auguſtinus catholice doctor eccleſie precipuus. cũ
mori debuiſſet. quaſi pro ſingulari teſtamento fratribus
cõmiſit: ut bibliothecã eccleſiaſticã diligenter cuſtodiret.
Longũ eſt ſi velimus amatores libroꝝ precipuos quos
nouimus nominatim deſcribere: qui ab inicio chriſtia=
ne fidei vſqꝫ ad noſtrã etatẽ diuerſis tẽporibus claruerũt
Dant amori ſacro teſtimonium. infinita pene volumina
que ſuis bibliothecis illi tradiderũt. Videmus in multis
cenobijs maxime noſtri ordinis preclara et antiquiſſima
exemplaria: que mira ſubtilitate conſcripta. diligentiam
veterũ demonſtrant. Erat olim abbatibus et monachis
noſtri ordinis ad libros incredibile ſtudium: quippe qui
nouerant ordinis decorem. et infirmarũ animarũ. in eis
haberi remediũ. Libri em̄ ſunt qui nobis future felicita=
tis deſideriũ faciũt: p̄ſentis exilij miſerias minuũt: vicia
pellũt. virtutes inſerũt. cõſtantiã in tribulatione tribuũt.
fructũ indulti temporis producũt. Quid enim niſi terre=
na ſapere poſſemus: ſi nõ haberemus conſolationẽ ſcri=
pturarum? Deniqꝫ a mentibus hominũ fides catholica
cito deficeret: ſi non haberentur inſtrumenta ſcriptura=
rum. Nichil ergo melius quam diuinis ſcripturis cũ deſide=
rio amoris incumbere: quibus inſtruimur quomodo in
via dei ſollicite debeamus ambulare. Cum autẽ ſcriptu=
re legi non poſſint niſi ſcribantur prius: vtile et neceſſa=
rium eſt. ut monachi ad ſcribendũ eas in cenobijs dili=
gentiſſime exerceantur. Inter omnia enim exercicia ma=
nualia nullum adeo cõuenit monachis: ſicut ſcribendis
voluminibus ſacris ſtudiũ impendere.

De diligentia veterum in ſcri=bendis libris. Cap. iiij.